



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

2. An Episcopi, ubi non est rezeptum Concilium Tridentinum, possint uti facultate hujus Decreti? Et quid, ubi circa aliquam specialem legem, vel onus non est rezeptum? Ex part. 7. tract. 2. res. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

diocesi, & Titularibus. Ex part. 7. tractat. 2. Ref. 1.

Videat prima facie negativè respondendum; quia Episcopus non consecratus videtur; & proprie, non dicitur Episcopus, ut patet ex...

1. Sed his obstantibus potius dicendum est etiam Episcopum non consecrati dicitur Episcopum, quoad omnia, quae pertinent ad potestatem jurisdictionis, cum nomen, Episcopus, videatur ex sui Etymologia competere electis, & confirmatis, quibus à tempore confirmationis possessione legitima capta...

2. Igitur ad questionem propositam assero Episcopos electos & confirmatos quamvis non consecratos posse vti Privilegio Concilij Tridentini...

4. Et ita tenent Villalobos in Summa tom. 1. tractat. 21. difficult. 9. num. 4. Trullench. in Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 3. dub. 4. num. 2. Floronus de cas. referu. part. 1. cap. 4. §. 7. num. 9. Suarez, tom. 5. disput. 42. sect. 2. num. 7. Alzedus in Praxi Episcop. part. 2. cap. 6. num. 59. Sanchez de Marim. lib. 8. disputat. 2. num. 1. Filliucius, tom. 1. tractat. 20. cap. 10. num. 270. & alij. Hinc Episcopus electos, & confirmatos, quamvis non consecratos posse dispensare in votis & iuramentis, tradiderunt, Lessius lib. 2. cap. 40. dub. 12. num. 10. Sanchez in Summa tom. 1. lib. 4. cap. 38. num. 7. vbi docet secus dicendum esse, si Episcopi solum electi essent, quod etiam dicendum est in casu nostro.

5. Patet etiam ex supradictis hanc facultatem non competere Episcopis carentibus Diocesi, ut notatur Pharaonius in Promptuar. tract. 1. sess. 18. cas. 30. & alij. Hinc Episcopi titularis non gaudent hac facultate, ut notavit Trullench. in Decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 3. dub. 4. num. 1.

RESOL. II.

An Episcopi, vbi non est receptum Concilium Tridentinum, possint vti facultate huius decreti? Et quid, vbi quoad aliquam specialem legem, vel onus non est receptum? Ex part. 7. tr. 2. Ref. 2.

1. Respondeo negativè, quia vbi non est acceptum quoad leges onerosas, neque videtur acceptatum quoad favorabiles. Ita tenet Amicus de Just. & iure disput. 6. sect. 3. num. 50. Castrus Palas, tom. 1. tractat. 4. disputat. 4. punctat. 3. §. 1. num. 2. Calpenis in curs. Theolog. tom. 2. tract. 25. diff. §. sect. 17. num. 115. Villalobos in Summa tom. 1. tract. 21. difficult. 3. num. 3. Suarez de Cens. disput. 41. sect. 2. num. 6. Filliucius tom. 1. tract. 20. cap. 10. num. 269. Gaudent in manual. Episcop. verb. absolutionis, num. 6. Bossius de lubico sect. 1. cas. 10. §. 10.

num. 201. Alterius de Cens. tom. 2. disputat. 3. cap. 3. concl. 3. Alzedus in Praxi part. 2. cap. 6. num. 29. Viduus de potest. Episcop. cap. 26. num. 19. Trullench. in decal. tom. 1. lib. 1. cap. 3. dub. 4. num. 2. & alij.

2. Sed Sanchez in Summa tom. 1. lib. 1. cap. 11. num. 3. secus intelligit, vbi circa aliquam specialem legem, vel onus, non est receptum: nil enim impediret, quo minus, quoad fautores, cum ceteris legibus, & oneribus reciperetur. Quia communis sententia in tractatu de legibus tuetur stare, legem quoad partem esse receptam, & quo ad partem non: atque quoad solam partem receptam obligare. Insuper posset prædictum Tridentinum, quoad omnia alicubi receptum esse, ac obligandi vires sumpsisse: at postmodum decessu temporis abrogatum esse contraria consuetudine legitime præscripta, quoad leges & onera manens in robore pristino, quoad fautores. Quia cum semel ius acquisitum sit ad fautores, nec consuetudo amplius, quam id de quo inducta est, abroget, non est cur consuetudine solum inducta circa leges, & onera, & proinde illa abroganti, censentur quoque fautores abrogati.

RESOL. III

An Episcopi, vbi Concilium Tridentinum non est usu receptum, possint vti privilegio eis concess. per dictum Concilium. sess. 24. cap. 6. de Reformat.

Et quid circa hoc declaravit Sacra Congregatio? Et notatur in Gallia Episcopos vti facultate dispensandi per Canonem, Liceat Concilij Tridentini, absque vilo ad Summum Pontificem recursu. Ex part. 6. tractat. 8. & Misc. 3. Ref. 17.

§. 1. Affirmativè respondet Franciscus Zypæus in consultat. onibus Canonicis, lib. 4. tit. de Congregatione spirituali, consult. 1. vbi sic asserit: Non possum accedere facilè ad eorum opinionem, qui negant Episcopos, vbi Concil. Trident. nondum est receptum, vti posse facultate eis per Concilium tributa sess. 24. cap. 6. quos Barbosa in Collect. DD. ad Concil. Trident. dict. cap. 6. num. 3. citat. Cum etiam decretum illud non in gratiam privatorum, sed pro salute populi sit inductum: quam remorari non debet, sicuti hæresis, pernicacia, aut alia quorundam causa publicationem Concilij impediatur: cum etiam in privatis alter alterius odio non debeat prægraviari: vel conditio eius deterior fieri: neque Ecclesia pia mater morbis filiorum idonea quædam remedia auferti velle censenda est, ideo quia non omnia recipiunt, crudelis medicus crederetur, qui nollet aliter curare. Ita Zypæus.

2. Sed Episcopus illarum regionum in quibus Concilium Tridentinum adhuc receptum non est non posse vti facultate concessa in supradicto Decreto restatur declarasse Sacram Congregationem Concilij Nicolaus Garsius de beneficiis, part. 7. cap. 11. num. 23. Et hanc sententiam tenet Sanchez in Summa, tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 2. & alij, quos citat, & sequitur Barbosa de potest. Episcop. part. 2. allegat. 39. num. 3. Vnde supposita dicta declaratione, non videtur recedendum ab ea. Nota tamen, quod Andreas Duallius ex inelyta Academia Parisiensis præstantissimus Theologus in tractat. de Summo Pontifice, part. 3. quest. 7. docet, in Gallia Episcopos vti facultate dispensandi per Canonem Liceat Concilij Tridentini, absque vilo ad Summum Pontificem recursu.

RESOL

Sup. hoc in Rel. præterita, & in aliis §. eius annot.

PLA N T E
O M N I A
O . I I I . I V . V
E L I I I